



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Et Institvto S. Ignatii Societatis Iesv Fvndatoris.
Libri Qvinqve**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1665

LXXVII. Similis præcedenti sanatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10840

sanctus in vſitata Societati veste , palliatus ; ætatis specie virili , vultu quem nullum vbi hoc miraculum contigit satis assimilaret apographum , infans alacer , & festiuus gerulæ corridens , pannus quo fuerat inuolutus in imo fenestrae iacebat .

Mutinæ anno 1605. Alberti Fontanæ filiole ardens febris , capit̄isque ac LXXV.
faucium tumor , sic animæ viam obstruxerat , vt nisi ægerrimè spiritum du-
cere non posset , nedum nutricis lac fugere. Lugebat mater iam iam præfo-
candum ; matris cognata Liuia Fontana , eius æquè ut infantis miserta , in
genua procideris valetudinem puero ab S. Ignatio petiit cuius mirificè pa-
trocinio confidebat , tum eius reliquiis quas gestabat in cruce argentea ,
guttur eius signauit , inflatione mox & febri , horæ non integræ spatio dif-
flatis , puer , vt vnquam egregiè valuit .

Coloniæ Gerardus Otmarfesius Sacerdos è Societate cum anno ſæculi LXXVI.
duodecimo ex morbo periclitaretur , votum S. Ignatio nuncupauit , & ſacris
ipſius lipſianis pectus , & caput conſignauit , vita de cetero vſque adeo
ſecurus , vt cum validiſſimis febribus per decem dies æſtuareret , nunquam
illi de morte dubitatio ſuccurret : nocte porro hos dies consecuta , ex
inopinato deliquio refectus , eos crurum dolores expertus eſt , quibus in vi-
ta nihil paſſus eſſet crudelius , ratuſque id præter naturam eſſe , proximam
ex eo ſanationem expectauit , inde abalienatus ab ſenſibus , paulo post
ſenſit inhalari ſibi in os exilem flatum , ſed vna immenſis animuſ inun-
dare deliciis , argumento receptæ ſanitatis : vnde in cantum eucharifticum .
Te Deum erupit , festis lachrimis & pio ſingulu verba pene ſingula inter-
pungens .

Maceratae Anno proximi ſæculi nono ſupra nonagesimum , expeditæ LXXVII.
ſunt preces Lucretiæ Aurispæ ad S. Catharinam Antiſtitæ , pro Isabella
Moronia , illic educata , tunc grauiter admodum ægrotante . Illa multam
in noctem precata cum ad quietem ſe compoſuiffet , videre viſa eſt Mar-
tyres Virgines , Catharinam , & Vrſulam eius coenobij patronas quæ di-
cerent ſaluam fore Isabellam beneficio S. Ignatij Societatis Iefu Fundato-
ris ; mandarent præterea id illi nunciari : moneriique illam , eſſet in poſte-
rum in ſoſpitatorem tam beneficū grata . Sub hæc videbat Isabellam è
lecto aſlurgere in genua , & S. Ignatio gratias agere . Experrecta miratur
id ſomnium , quod S. Ignatium nec de illa valetudine rogaſſet , nec eum
vnquam peculiariſter coluiſſet ; quaerit ex Valterio medico , quo ſtatu Isa-
bellæ res eſſent , & audiens , poffimo , iubet ab ſe illorum fieri certiorem
quæcumque audiſſet , & vidilſſet . Sed quo tempore Virgines , Lucretiæ ob-
iectæ fuerant , Isabellæ eodem Ignatius , præſtantि ac ſplendida ſpecie ad-
ſiterat , & manu præhensam certa ſanitatis expectatione conſirmarat , mo-
nueratque de genib⁹ Deo gratias agere , à quo id illi donum impetrasset ,
& viſa ſibi erat iubenti paruiſſe . Huius autem viſi , ac promiſſi gaudio ex-
citata , longe ſe à periculo cui indormierat deprehendit ; matri , & ſocri
ſibi adſtantibus ſomnium exponit ; & valetudinem promiſſam , quod vtrum-
que

*Infans mortis
proximus, mi-
nore quam
hora ſpatio
ſanatur.*

*Periculose
agrotum ſa-
natur.*

que ab iis pro delirio febrentis est habitum, donec adueniente medico, antistitiae nuncio cor posita sunt inter se somnia, exploratum est concors visus, arteriae indicium, denique sic ægra valuit, ut medico postea non indigerit.

LXXVIII.

*Ex suppressa
lethaliter
vrina sanata.*

Burburi in Belgio, anno 1609. puella duodennis ex suppressa vrina, dis- cruciabatur atrociter, puellæ parens Alexander Iurisconsultus, & vrbis consiliarius, floccy pendens itinera, & sumptus circumduxit illam quocumque rescisset mali eius insignem medicum versari. Sed nisi violentis artibus, & defectione intolerabili, & quarto vel quinto quoque die ille humor nulla potuit industria educi, cui nouum etiam in diem, obstruetis plane meatibus intercluso, ne instrumenta quidem chirurgica dare exitum potuerunt. Crescebat interea doloris acerbitas, cibi horror, & tumor totius corporis; quibus accedens febris ratamcitamque eius mortem medicis indicavit. Hoc loco dum esset Burburgum forte, Bergæ illuc aduenit Sacerdos è Societate, motusque illius miseratione, plurimum Deo illam commendauit; tum illi cunctisque domesticis vehementer suasit S. Ignatium intercessorem adhiberent. Parque ab eo, malo remedium fiderent exspectarent. Inde Sancti gesta, praesertim miracula legenda iis dedit, & Bergæ eius reliquias per celerem nuncium petiit. Quæ vbi perlatae sunt, puella S. Ignatium ex imis visceribus in auxilium aduocans votum se sancti vigiliam ieunio annuo, festum communione sacra obituram si compos fieret sanitatis. Postremo quæ renum furebat præcipue dolor, sacra lipsana admoet, lapsaque in somnum horarum aliquot, nouis punctionibus excitatur, quibus non diu tenta se sanam exclamat, febrique vacuam, & valentem. Et vero statim post copiosissimas vrinas, absque ullo dolore, & difficultate, imò quod consueuerat antea sine arenis, & calculis eiecit. Omni adeo tumore, febrisque vestigio absoluta, vt die illo Iulij X V. anni 1610. grates seruatoti suo S. Ignatio in templo persolueret.

LXXIX.

*Repentina
flagitiosa
conuersio.*

Bazaini in Orientalibus Indiis, Christianum femina ethnica perdite deperibat; spe flagitij pronioris, sacrilegè Baptismum suscipit, suscipiturque domi à pia matrona, moribus secum imbuenda professionis nouae sanctimonia condignis: at enim scelerata sensim se prodidit longè aliud spectare, quam precatorios globulos, & sactorum frequentationem; perstanteque ob violatum baptismum flammatum execrabilem diabolo, amens, & teneri non ferens, in hortum se deiecit, ex quo retracta, minabatur se ignem ædibus subiecturam. Itaque matrona nequissimæ bestiæ importunitati propemodum cedens, prius tamen rem omnem Sacerdoti nostro aperuit; qui fatus intelligens, suas hic partes dæmonem agere, S. Ignatij reliquias matronæ dedit quas insipientis collo indueret. Dum ergo solito rabiosius baccharetur, minaretur, & fureret, hera quasi optato discessui assensura, velle interim ait donare illam gemma ingentis pretij, & vittam sericam eius collo iniecit ex qua pendebant sancti reliquia. Atque hic illustri, manifestoque portento, ad earum attactum grastantis in venas libidinis, incendium omne